Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38332
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



33

domus tuae tabernaculum non habet fundamentum. sed huc illuc commutatur. et cum
ventus magnus venerit quia tabernaculum non habet fundamentum sedit domus
in cecidit domus autem firma habet fundamentum mons proximus aeternaponitur.,
Qui ingreditur sine macula. hoc. t. sine nos tuli peccata quia sine minutum. et.
non possumus.; Unde dicitur si dicimus. Quia peccatum non habemus ipsi nos
seducimus.; et veritas in nobis non est. Vel aliter. Qui ingreditur sine macula.
Vide quid praecepitur. Non dicit qui pervenit ad finem sine macula. sed qui
adhuc intravere. t. et maculam non habet.; Dicere aliquis potest non habeo
maculam non feci malum. non sufficit nobis maculam non facere nisi fecerimus
et bonum.; Denique sequitur. Et operatur iustitiam. Non dicit operatur
castitatem operatur sapientiam operatur fortitudinem. Et haec quidem iustitiae
optimae sunt.; Sapientia nobis prodest fortitudo nobis prodest. ut persequentibus
resistamus.; Deinde temperantia et castitas nobis necessariae sunt ne perdamus
animas nostras.; Iustitia sola magna iustus. t. et maior omnium. dicit aliquis
quomodo iustitia maior. t. ac ceteris iustitiis. Ceteri iustitiae habentem delectant.;
Iustitia non delectat habentem sed alios. si sapiens sum me delectat fortis sum gaudeo
si fuero castus. castitas mea laetitia mea est.; Ceterum iustitia non prodest
habenti sed ceteris misericordiis non habentibus.; Vel aliter. Et operatur
iustitiam. hoc. t. custodit mandata. Et illud. si vis ad vitam venire.
serva mandata.; Qui loquitur veritatem in corde suo. multi loquuntur veritatem
in labis. sed non in corde. Quia idem ne vere dicere. sed cor cum labis non con
sonet.; Alter. qui loquitur veritatem in corde suo. Et vere dicere veritatem
cogitat qui. t. xpi.; Nec se ad sectionibus haereticis miscent. quae falsae semp
inventuntur aeuacuae.; Unde paulus dicit. Corde creditur ad iustitiam.
Ore autem confessio fit ad salutem.; Qui non egit dolum in lingua sua. non fraudet
dolose doctrinam catholicam addecipiendum.; sed quae locutus. t. ore.
Complevit opere.; Illo dolose agit. qui aliud cogitat et aliud dicit. sicut
propheta ait.; Prohibe linguam tuam a malo. et labia tua ne loquantur
dolum. Nec fecit proximo suo malum. qui fecit misericordiam. ipse. t. proximus.;
Xpi dni fecit misericordiam in nos sua passione redemit et cuius doctrinam nullus
in maculam vestat sicut haeretici faciunt. Proximus noster omnis homo xpianus. t.
Quod tibi non vis. alio ne feceris.; Et alibi dicit. Diliges proximum tuum. sicut
te ipsum.; Et iterum dicit.; Dedina a malo. et fac bonum. Quidam
putant proximum. et. fratrem aut vicinum aut cognatum aut consanguineum.
sed dns nt docet in evangelio in ea parabola.; Ubi quidam descendit de hierusalem